

Rozus/Rozzus, vescovo di Treviso, con il consenso di Deoprandus avvocato, concede in locazione a Petrus <II> Ursoylus, duca dei Venetici e dei Dalmati, per 29 anni e con possibilità di rinnovo, dietro pagamento annuo di 4 bizanti d'oro o di 2 lire di denari veneziani, la terza parte del teloneo e del ripatico pertinenti al porto della chiesa <sul Sile>, ad eccezione del ripatico dovuto dai mercanti tedeschi. Egli concede inoltre in locazione tre magazzini e la terza parte della terra per costruirvi rivendite di sale e promette di riscuotere massimo 40 moggia di sale, più 4 denari in vino per ciascuna angaria. Promette infine di proteggere i Venetici che raggiungono il porto, concedendo al duca di avere colà un suo gastaldo e stabilendo di non riscuotere alcunché per il sale di proprietà del ducato fino a 300 moggia.

Copia semplice cartacea del principio del XVI secolo, da copia semplice del XIV-XV secolo in Venezia, Archivio di Stato, Secreta, Codice Trevisano, carta 125r-125v [C].

CE II.89 e CDV I.1

Edizione: Cessi 1942.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, tertius otto, imperator augustus, in Italia anno quinto, indictione XIII,^a feliciter.¹ Libelli locationis qualiter alloco ego dominus Rozo, venerabilis episcopus sancte tarvisianensis ecclesie,² una per consensum Deoprandi, advocati mei, seu universo nostro clero, sic allocavimus vobis domino Petro, qui vocatur Ursoylo, dux Veneticorum atque Dalmationorum,^b ³ et vestris heredibus [...] tertiam partem de universo toloneo atque ripatico, quod pertinet ad portum de nostra sancta ecclesia,⁴ atque tres mansiones, necnon et tantam terram, quantum suffecerit ad tertiam partem, ad vestras stationes faciendas adversus nostras, quantum vestrates et nostrates illuc causam^c negotii convenientes persolvere debeant, excepto solummodo ripatico de illo Teutonicorum, sicut ad me ipsum dominum Rozzonem^d episcopum vel ad meum episcopatum pertinet aut pertinere debet, in libellario nomine usque ad annos viginti^e et novem completos ad renovandum. Annualiter persolvere debeatis vos iamdictus dominus Petrus dux infrascripto episcopio tarvisianensi et mihi Rozoni episcopo et successoribus meis bizantios aureos quatuor. Et si ipsos quatuor bizantios nolluerimus^f tollere, tunc pro ipsis bizantiis dare debeatis de vestris denariis libras duas, ita ut nec ego suprascriptus dominus Rozzus episcopus vel aliquis de meis successoribus vobis domino Petro duci vel vestris heredibus hoc contradicere vel minuere valeamus, vel aliquas iniunctas superponere nisi secundum hoc, quod in isto continet^g libello. Insuper addimus atque promittimus haec, ut non amplius quam quadragesimum modium de sale recipere debeamus,⁵ ita quod de omnibus ceteris rebus; de vino vero pro unaquaque angaria denarios quatuor; et vestri homines, venientes ad nostrum portum, defensare promittimus, ita ut illesi et securi eundo et redeundo et in eodem portu morando in omnibus existant. Placuit etiam nobis, ut vestrum gastaldionem,⁶ qui vestra exigere debet et vestros homines distringere, inibi habere debeat^h sine nostra vel nostrorum omnium contradictione, et de vestro proprio sale nullum unquam teloneum atque ripaticum tollere debeamus usque in modios trecentos. Quod si vobis aliquas iniunctas imponere voluerimus, aut si ab omnibus contradicentibus hominibus vestrates non

^a XIII in Cessi.

^b Cessi corregge in Dalmationum.

^c Cessi corregge in causa.

^d Rozonum in Cessi.

^e XX in Cessi.

^f Cessi corregge in noluerimus.

^g Cessi corregge in continetur.

^h Cessi corregge in debeatis.

defendaverimus, vel si pro aliquo ingenio subtrahere vel minuere voluerimus, et omnia, que superius legitur, non observaverimus, tunc componere promittimus cum nostris successoribus vobis domino Petro duci et vestris heredibus argenti libras quinque, et post penamⁱ solutionem hec libelli carta usque ad predictum tempus in sua maneat firmitate. Et si ego suprascriptus dux de predictis bizantiis vel denariis, quod superius legitur, per omnem rotantem annum in mense martii ad partem sancte tarvisiensis ecclesie et vobis domino Rozzo episcopo et vestris successoribus, qui per tempora fuerint, non persolverimus, tunc componere promitto duplum predictum censum, et insuper repromitto, recte te observante omnia, que superius legitur, nunquam nostris contradicere hominibus ad vestrum portum venire non per me neque per aliquam submissam personam, si ad alios tantum portus istius marchie licentiam habuerint ire atque negociare. Et si hoc contradixero, componere vobis promitto et vestris successoribus argenti libras 5.^j Et post penam solutionis maneat hec pagina in sua firmitate. Ego Rozus episcopus in hac allocatione a me facta manu mea subscripsi. Ego Teuprandus advocatus, consentiens, manu mea subscripsi. Ego Petrus archidiaconus manu mea subscripsi. Ego Ioannes presbiter, primicerius, manu mea subscripsi. Ego Immo presbiter manu mea subscripsi. Signum manus Martini de Charubio, Petrus Buzicha Azo de Tarvisio et Rozo de Ceneta et Azo Romanus, testes. Ego Albericus, notarius rogatus ad suprascripta, qui hanc cartam, qualiter supra legitur, scripsi et post traditam complevi.

ⁱ *Cessi corregge in pene.*

^j *quinque in Cessi.*

NOTE STORICHE

¹ La datazione del presente atto è incerta. Roberto Cessi data il documento al 1000 settembre 22. Contro questa datazione si esprime Gerhard Rösch che colloca invece il documento tra il 1000 settembre 1 e il 1001 maggio 19. RÖSCH 1985, p. 156.

² Sui rapporti commerciali tra Treviso e Venezia e in particolare sul ruolo del sale nelle relazioni fra le due città sin nel tardo medioevo si legga HOCQUET 1988, pp. 271-290.

³ Su Pietro II Orseolo si veda documento [Venezia 31](#) e nota 3. Nei documenti più antichi i dogi si definivano con il titolo di dux, seguito dall'indicazione del paese o del popolo di cui erano a capo. Più tardi, con la conquista della Dalmazia, si aggiunse anche l'indicazione di questo territorio/popolo. Sui titoli dei dogi si veda nota 2 del documento [Venezia 4](#). Su Venezia e la Dalmazia si veda ORTALLI 2002.

⁴ Sulla importanza dei porti fluviali per i traffici commerciali tra Venezia e l'entroterra orientale si veda la bibliografia indicata alla nota 2 del documento [Venezia 32](#). Si noti che il porto di Treviso sul Sile in particolare avrebbe rivestito un ruolo cruciale nel commercio con la Germania ed infatti nel presente documento il vescovo Rozo/Rozzone si riserva i dazi doganali dei traffici con i mercanti tedeschi.

⁵ Le principali imposte commerciali indirette vigenti per la navigazione fluviale erano il ripatico e il teloneo. Molto presto il teloneo fu sostituito da un'altra imposta indiretta, ovvero il quadragesimo, pari al 2,5 per cento sulle merci importate ed esportate. Sulle imposte commerciali si veda documento [Venezia 11](#) e bibliografia alla nota 6.

⁶ L'ufficio gastaldale di tradizione longobarda riflette un certo parallelismo negli sviluppi politico-istituzionali del ducato veneziano con il regno italico. Esso è attestato precocemente a Venezia (si veda documento [Venezia 2](#) e nota 9). Prima di questo patto, Venezia ottiene la medesima concessione, di avere cioè colà un proprio uomo/rappresentante, a Capodistria (si veda documento [Venezia 21](#) e nota 7).